dencia consensum requireret subditorum[5]), petebat, ut desuper videretur in deputacionibus, quia speraret reputari raciones per eum allegatas iustas esse. *Die Verteidiger der Gegenseite machen Einwendungen. Die Generalkongregation ist sich uneins, die Kardinäle wünschen Ermahnung Ulrichs zur Unterwerfung unter das Konzil, andere Überweisung der Sache an die Deputationen unter Verlängerung des Salvuskonduktus um weitere acht Tage. Viele wünschen Ergänzung der drei als Streitvermittler Deputierten um den Legaten.*[6]) Legatus autem vocatis partibus ipsi Vlrico dicebat videri reverendissimis patribus raciones suas invalidas, quoniam generale concilium et de privilegiis imperialibus et de quibuscunque causis aliis cognoscere poterat, et tunc imperatore presente facultas erat ad defendendum illa; nec retrahere se deberet, ut per concilium cognosceretur, confidens per concilium iusticiam servari super iuramentis prestitis eidem, quia nobiles, qui illa prestiterant, aut credebant licita esse et tunc forciori racione submittere se deberent de iusticia sua confidentes, aut, si dubitabant licita esse, tunc merito petere debebant declaracionem, et, si putabant illicita, vehemencius, ne in errore manerent. 3[a] insuper racio sua invalida erat, quia, si dicebant sentenciam esse nullam, id poterant allegare, nec id reputabatur inconveniens apostolicam sedem post habitam veram informacionem primam sentenciam revocare ex noviter productis. Propter quod, si confidebant talia esse privilegia sua, quod ecclesia sibi debita esset, poterant consentire ad iudicium concilii, neque poterant retrahi a submissione concilii, velut suspectus esset iudex, in quo erat congregacio multarum nacionum non habencium ad hec inordinatam affeccionem. *Er bittet Ulrich um Unterwerfung unter das Konzil*, certusque esse poterat, quod in favorem eius detrahendum foret rigori iusticie. *Andernfalls werde das Konzil bis zur Definitivsentenz und deren Exekution gehen, da es nicht den Untergang der Trierer Kirche wolle. Unterwerfe er sich nicht dem Konzil*, cui tamen papa et totus mundus subiecti erant, deum contra se provocaret, et omnes homines ista scientes racionabiliter dicere possent eum refugere omnem viam iusticie et concordie. *Auf Bitte eines Ritters von Ulrichs Partei wird ihnen für den nächsten Tag ein Anhörungstermin bei Cesarini und den drei deputierten Streitvermittlern gewährt.*

---

10 *nach* autem *getilgt* decanus *E* 11 fore *fehlt B* 18 vocatis — ipsi *von Joh. über d. Z. erg. E* ipsi: ipso *B* 29 inordinatam: in- *von Joh. über d. Z. erg. E* 31 foret: esset *B*.

---

[1]) *S. o.* Nr. 209.
[2]) *Capranica.*
[3]) *S. o.* Nr. 212 *mit Anm. 2–3.*
[4]) *S. o.* Nr. 212 *mit Anm. 3.*
[5]) *S. o.* Nr. 206 *mit Anm. 15.*
[6]) *Cesarini.*

zu 1434 April 4, Basel. **Nr. 215**

Bericht über eine Verhandlung der in der Trierer Sache deputierten Konzilsväter.

Or.: Paris, *Bibl. Nat., lat. 1495 f. 95[r].*

Es handelt sich um einen Teil des Berichts f. 95[r]–⟨95bis⟩[r], den die 1434 III 19 in der Trierer Sache Deputierten (s. o. Nr. 209 *und Anm. 5) der Generalkongregation von 1434 IV 16 über ihre Verhandlungen vorlegten; CB III 73. Brunet vermerkt auf der Rückseite f. ⟨95bis⟩[v]:* Lecta in congregacione generali die veneris xvi[a] aprilis M[o]iiii[c]xxxiiii[to].

Ipsi domini deputati, videlicet dominus legatus, dominus archiepiscopus Lugdunensis et dominus episcopus Visensis dominica prima post pasca vocati a domino imperatore accesserunt ad suam serenitatem, que una cum deputatis multum exortata est utranque partem, ut vellet aperire aliquam viam concordie. Ibidem in presentia domini imperatoris ordinatum est, ut utraque pars deputaret tres, qui deberent aperire media pacis et concordie. Et ibidem dominus Nicolaus de Cusa, unus de deputatis ex parte domini Vlrici, petiit, quod dominus legatus et dominus Olomucensis convenirent super hoc negotio, apud quos deputati utriusque partis comparerent et praticarent vias et media concordie.

zu 1434 April 5, Basel. **Nr. 216**

Bericht über Verhandlungen der in der Trierer Sache deputierten Konzilsväter.

Or.: Paris, *Bibl. Nat., lat. 1495 f. 95[r]–⟨95bis⟩[r] (s. o.* Nr. 215 *Vorbemerkung).*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.